



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina
Evangelica De Meditatione mortis**

Kispenning, Henricus

Antverpiæ, 1583

Viri NSiniuitæ. liij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](#)

VIRI NINIVITÆ.

Post dies quadraginta subnuntiendam Niniviam **Caput**
 Nas à Domino iussus predixerat: & tamen **NINI-LIII.**
 VITIS in cilicio & cinere, atque ieuniis pœnitentiam **Iont. 3.**
 agenibus ignoscitur. Et quoniam illi peccati superbius **Mar. Matul-**
 in pœnitendi humilitatem conuerterant, diuinum de- **lus, Euang.**
 cretum revocatur: nimis ea pœnitentia vis est, ut **lib. 1. ca. 11.**
 immutabilis Dei mutare possit sententiam. Nec Deum
 ipsum pudet figulo se comparare, sicut in Ieremia legi- **Ierem. 18.**
 mu: qui vas luteum fingens, cum rota currente forte
 dissipasset, rursus illud in eandem faciem refecit: & ait
 Dominus, ecce, sicut lumen in manu filii. sic vos in manu
 mea, domus Israel. Repente loquar aduersum gentes &
 aduersus regnum, ut eradicem & destruam & disperdam
 illud. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo quod
 locutus sum aduersus eam: agam & ego pœnitentiam
 super malo quod cogitavi ut facerem ei. Et subito loquar
 de gente & de regno, ut adificem & plantem illud, &c. **Matt. 12.**
 De hac Ninivitarum pœnitentia, Christus in Enange-
 lo dicit: Viri Ninivitiæ surgent in iudicio cum genera-
 tione ista, & condemnabunt eam: quia pœnitentiam
 gerunt in predicatione Iona.

PETRVS APOSTOLVS CHRISTI NEGATOR.

Ter negauit PETRVS Christum Dominum & **Caput**
 Magistrum suū: cui antea dixerat, Tu es Christus **LIII.**
 filius Dei viui. Nec simpliciter negauit: sed po- **Matt. 16.**
 tremò, ut Scriptura testatur, caput detestari & **Matt. 16.**
 urare, quia non nouisset hominem. Et conuersus Do-
 minus respexit Petrum: qui egressus foras fleuit ama-
 ri. Mirè hic commendatur Domini benignitas: quod in
 tanta constitutus despectione, Petri qui iam in ipsum
 tam